



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De multinubis. xx.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Item de concubinis. Cap. XVII.

Nulli liceat vno tempore duas vxores habere: sed ne- *Ex cōcil.*
que vnquam concubinam. *Arelatē.*

*De ancilla. si proprio domino suo legitima
feri possit. Cap. XVII.*

Si quis ancillam suam libertate donauerit, & in matri- *Ex decr*
monio sibi sociauerit, dubitabatur apud quosdā vtrum *Iulij pa-*
huiusmodi nuptiæ legitimæ esse videantur, an non. Nos *pa, ca. 4.*
itaque vetustam ambiguitatem decidentes, talia connubia
legitima esse celsimus. Si enim ex affectu fiunt omnes nu-
ptiæ, & nihil impium, & legibus contrarium in tali copu-
latione fieri potest, quare prædictas nuptias inhibendas
existimauerimus: Omnibus vobis vnus est pater in cœlis,
& vnusquisque diues & pauper, liber & seruus, æqualiter
pro se, & pro animabus eorū rationem daturi sunt. Qua-
propter omnibus cuiuscunque conditionis sint, vnā le-
gem, quantum ad Deum, habere non dubitamus,

*De illo qui seruum suum, & ancillam in matrimo-
nium coniunxerunt. Cap. XIX.*

Si seruum & ancillam dominus amborum in matrimo- *Ex cōcil.*
nium coniunxerit, & postea libertato seruo vel ancilla, *Matscē.*
non potest redimi qui in seruitio est, ideo matrimonia nō *cap. 10.*
soluantur.

De multinubijs. Cap. XX.

Si quis multis nuptiis fuerit copulatus, pœnitentiā agat: *Ex cōcil.*
conuersatio autem & fides pœnitētis cōpendit tēpus. *braggar.*
cap. 81.

*Quod secunda coniugia secularibus non negentur,
quibus tamen ad clericum minimè venire con-
ceditur. Cap. XXI.*

Secundas nuptias, sicut secularibus inire conceditur, ita *Ex decr.*
post eas nullus ad clericale finitur venire collegiū. Alia *Gelasij pa-*
est enim humane fragilitati generaliter concessa licentia, *pa, ca. 22*
alia debet esse vita diuinarum rerum seruitio dedicata.

De illis qui in plurimas nuptias inciderunt.

Caput XXII.

De his qui in plurimas nuptias inciderunt, & tempus *Ex cōcil.*
quidem præfinitum manifestum est, sed conuersatio *Neocasa.*
eorum & fides, tempus abbreviat. *cap. 1.*

Z